

P V B.

OVIDII NASONIS

Elegiæ aliquot in gratiam
puerorum selectæ.

Ex LIBRIS QVATVOR DE PONTO.



Francois de Assaua
PARISIIS,

Ex Typographia Dionysij à Prato, via Amygdala
lina, ad Veritatis insigne.

1578.

N.B.

OVIDII NASONIS

Elegies sibyllot in distictis
Puriorum Elegies.

Ex Piscatis Gavatior de Pontio.



PARVUS

ab aliis non percutitur etiam
etiam non percutitur ab aliis

B. ym

8511

Argumentum Libri.

HAC Epistola respondet ad consolatoriae rufini; litterae quae sibi qui
dum solatio fuisse faciuntur, dolorem tamci uox contingit. Proqua in re
probanda huius morsorum generibus enumeratur. Causam adfert
cur dolor soli non potuerit uenire desiderium pati. Tandem hinc
fuit argumentum aliquod litterarum rufini suorum et ilium confort
cum multis magnorum virorum milija.

furnoone goalle aenacide ces

furnoone goalle

I deam

Publii ovidii Nasomis.

PUVBLIVS ovidiu*n*as*o* p*ec*c*ta*gn*ue*, s*eu*l*m*one*c*st i*n* ord*in*e nat*u*a e*que*str*u*
Et ip*s*e f*est*atur, lib*ro* quarto trist*im* eleg*ia* nou*a*, sic scrib*en*ur.
S*u*l*m*o mihi patria est, gelid*is* v*berr*inn*us* v*nd*is

M*ilia* qui nou*ies* distat ab ur*be* decem.

Hic b*ut* guidam bol*im* anno s*ui*c atatia guinguag*imo* ab augusto i*n* o*ci*
s*im*y ad get*ae* est miss*u*i, quod em*is* i*nc*est*im* bidiss*ent* d*ol*aut*g*z am*u*ra ne*u*ri*m*.
Et i*n* ea o*ci*l*ii* inf*as*it*it*ate mort*u*ra est am*is* tib*ec*ii g*im*it*u*. Et i*n* h*ec*
quod lib*ri*u*m* de arte am*an*di scrib*er*il*is* i*n* op*is*l*ii* project*u* *ff*
cos*u*rr*u*.

Eleg*ia* aliquot.

Eleg*ia* lat*in*ie son*al* car*m*en mis*er*abil*e* dicit*ur* que a ver*bo*.
gr*at*ia eleg*ia* id est mis*er*ori quod hoc gen*re*e car*m*ini*ci* mis*er*ab*il*
h*omin*u*m* g*em*me*r* i*nt*er*im*or*ia* amor*is* sole*bat* de cant*u*.

De P*on*to.

H*os* libro*e* de p*on*to ap*ell*at guia i*n* pontica reg*ione* H*ab*i*tu*
lab*at*, comp*os*uit.

Htque Machonius.

De simili ostendit quid apud se ferrent consolatoreis rufini litterar, In eis similitudine & usum Machoni, si vero Philocteti similius facit, —

Machonius artibus

Vt machoni ad artea medicinae intelligi. Machaay autem fizium fuit Eculapius medicus insignis qui cum reliquo gracie principibus ad Trojani bello profectus philoctetis vulnus sanavit. —

Et iam deficiens

Ad Rufinum.

Si similitudine huius quia ostendit quantum apud se habent rufini litteras. —

ANC tibi Naso tuus mittit Rufine

salutem.

Qui miser est, ulli si suus esse potest.

Reddita confusa nuper solaria meti,

Auxilium nostris spemque tulerat

re malis.

If solet infuso.

Nec intelligendum videtur de tua cuiusque pulsu haletudinem in vicis copulant. Nihil est autem quod homines viribus deficiente magis posseitare possit quam binum. —

Xec famen

Et studit mitigatum quidem fuisse solorum suum consolacionis sua rufini non tamquam iuramentum.

Vtique Machaoniis Paantius artibus heros

Lenito medicam vulnere sensit opem;

Sic ego mente iacens, & acerbo saucius ictu,

Admonitu capi fortior esse tuo.

Et iam deficiens sic ad tua verba reuixi,

Vt solet infuso vena redire mero.

Nec tamen exhibuit tantas facundia vires.

Vt mea sint dictis pectora sana tuis.

Aij

Et mustum.

Cūmisitudine ducta a medirice
estendit rufino sublatum, nos ex-
omni no dolorum suum quādū et
gantū efficit cura cūtis. Et omnis
inquit morbi quidam nullā medi-
cina sit interdū nulla artī cura
fossi potest.

Non est ē in medico

Docet ab exemplō hīc possit suo mo-
bri malo.

Cernis ut ē molli

& mireat quādam morborum ga-
ceria, quibū medici cura potest.
Unde docet causas suā plane offi-
deploratam ut illa rufini conso-
latiōne dolorum suum telli omnino
possit. Herbas. sacras

Herbas sacras appetat & quibus
conficiuntur Pharmaca ad morbos
expelliendos cuiusmodi erant &c. q.
Dux & cōscatur Escapula gni spi-
torium dictuā fuit quod in epidoro
ciuitate collecta erit.

Podagram.

Podagra morbus est articulatio;
indōsa est dicta quod jumentarū poda-
principio infestare solat. Prima
libri 26° capite decimū podagru
sanari posse festatur contra ag-
locum Podagra morbus inquit
insanabilis non est credendus
&c. Nec formidat is.

Per formidatae aquae rabia
intelligi rabidi cūti sit et agu-
metu censurantur.

Sicut si sit songa est.

Cicero epistolarum libro quarto dicit
nullus est dolor tam intestinū quādū
longitudo tempore minutiū quo
latur.

Cum bene firmarūt

Ostendit dolorum suū tautum q.
Et nulla ratione mittigari possit quo-
tio scimus patēre sua recordatur.

Prudentia.

Vississe fugitur ab hominōs multa
pradicta faciūda nec immortis perecutia vixit consilio regina letes, sacerdotum patientis
finis.

Roma.

ELEGIAE ALIQUOT

Ve multum demas nostro de pectore cura,

Non minus exhausto, quod superabit, erit.

Tempore ducetur longo fortasse cicatrix:

Horrent admotas vulnera cruda manus.

Non est in medico, semper relevetur ut æger,

Interdū docta plus valet arte malum.

Cernis ut ē molli sanguis pulmone remissus,

Ad Stygias certo limite ducat aquas?

Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas,

Sanabit nulla vulnera cordis ope.

Tollere nodosam nescit medicina podagram,

Nec formidatis auxiliatur aquis.

Cura quoque interdū nulla medicabilis arte,

Aut si sit, longa est attenuenda mora.

Cum bene firmarunt animū præcepta iacentem,

Sumptaque sunt nobis pectoris arma tui:

Rursus amor patriæ ratione valentior omni,

Quod tua fecerunt scripta retexit opus.

Siue piū vis hoc, seu vis muliebre vocari:

Confiteor misero molle cor esse mihi.

Non dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat

Fumum de patris posse videre foci.

Nescio qua natā solum dulcedine cunctos

Dicit: et immemores non sinūt esse sui.

Quid melius Roma? Scythico quid frigore peius?

Huc tamen ex illa barbarus urbe fugi.

Cum bene sint clausæ cauea Pandione natæ,

Nititur in silvas queque redire suas.

Assuetos tauri saltus, assueta leones,

Roma est urbe in regione Italie tempore atissimæ.

SELECTÆ.

Deinceps ex ante mea letitia et gaudia sunt acutissimadis
 (Nec feritas illos impedit) anira petunt.
 Tu tamen exiliū morsus ex pectore nostro
 Fomentis speras cedere posse tuis.
 Effice, vos ipsi ne tam mihi sitis amandi,
 Talibus ut leuius sit carnis malum.
 At puto qua fueram genitus tellure carenti,
 In tamen humano contigit esse loco.
 Orbis in extremis iaceo desertus arenis,
 Fert ubi perpetuas obruta terra niues.
 Non ager hic pomum, non dulces educat vias,
 Non salices ripa, robora monte virent.
 Néve fretum laudes terra magis, aequora semper
 Ventorum rabie solibus orba tument.
 Quocunque aspicies, campi cultore carentes,
 Vastaque, quæ nemo vendicet, arua iacent,
 Hostis adestr dextra leuaque à parte timendus,
 Vicinoque metu terret utrumque latus.
 Altera Bistonis pars est sensura sagittas,
 Altera Sarmatica sibcula missa manu.
 I nunc et veterum nobis exempla virorum,
 Qui fortis casum mente tulere refer.
 Et graue magnanimi robur mirare Rutili,
 Non usi reditus condizione dati.
 Smyrna virum tenuit, non pontus, et hostica tellus.
 Smyrna minus nullo pena petenda, loco.
 Non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus:
 Legit enim sedes Attica terra, tuas.
 Arma Neoclides qui Persica contudit armis,
 Argolica primam sensit in urbe fugam.

3

Pon dubia est.
 Ne molitiam objiceret infini
 templo blisse situr qui luce
 Sit prudenter summi habitus fer
 rit patriciam tamen suam resiqui
 omnibus rebus anteposim quod
 fustatur libro libro 28 de Euge
 nio. Siquidem inquit, ille sapi
 entissimus vir Itacham ut
 videret immortalitatem repu
 diauit item in oratore.
 Si nos ad maxime debet patria
 nostra delectat cuius tanta vis
 est ac tanta natura, ut Itha
 cam illam in Aspernis saxi
 tanquam indulum affixa
 sapientissimus vir immortalis
 tati anteponere.

Nescio qua statale
 Infinitatam amini sui ovidi in
 sensu a loco communis & a moro
 patria qui ceteris omnibus rebus
 praeponit deinde cuiusque perpetua re
 cordatio soula de morte multo ma
 jorem facit.

Scytus quid frigore
 Scytus est regio septentrionali
 siti qua per perpetuam alge frigori
 bus, quemadmodum fustatur
 ovidus elegia secunda quina libri
 quod hyeni continetur Simile.

Barbaræ.
 Barbarum hic pro cendeli scytta
 ponit nam propriæ barbari deni
 tur somnia qui feria sunt mo
 ribus quibus difficultas raspore loquu
 lantur. Cum bene sint.

Et item est exemplum simptum
 a Pandionis rego detinamus cuius
 filie fucum Progne et Phoenota
 quarum altera in hyenam altera
 vero in luciniam mutata fuit.

Tu tanien.
 Ostendit vestimus sua spe detegimus
 in finie consolationis ne pro
 eo istum suum consiperat.

Effice, vng. / ELEGIAE ALIQUOT

Sicut nimiam amicitiam tua.
rufum alicuius amicorum prosequitur
Effice ut dolor eius lenatur.

Pulsus Aristides patria Lacedemonia fugit,
Inter quas dubium, quem prior esset, erat.

Cæde puer facta Patroclus Opunta reliquit,

At puto.
Occurrit obiectio. Potius si
enim aliquid dicere possim quo
animi frendum est - quia non
missit in locum iustitiam meam.

Thessalicamque adiut hospes Achillis humum.

Exul ab Aemonia Pirenida cessit ad undam
Quo duce trabs Colcha sacra cucurrit aqua.

Oratio iii. Liquit Agenorides Sydonia mænia Cadmus,

Et respondet obiectio. p. Et si
fieri potuisse scribitur. sicut
describit egerus descriptio est.
tunc fieri non possumus.

Poneret ut muros in meliore loco.

Venit ad Adraustum Tydeus Calidone fugatus,

magnus dolor afficitur: protinus
trucaque in ea regione trahatur.

Et Teucrum Veneri grata recepit humus.

Quid referam veteres Romana gentis, apud quos
conuocitatibus habere uix potest.

Exulibus tellus ultima Tybur erat?

romana Jon ager.

Persequar ut cunctos, nulli datus omnibus æuis

Describi Gethian ostendimus
quanta in miseria desperari propositum
facilitatem suuare regionia.

Tam procul a patria est horridior ve locus.

Quo magis ignorat sapientia vestra dolenti.

Quæ facit ex dictis non ita multa tuis.

A g. c. Nec tamen infior, si possint nostra coire.

Vulnera, preceptis posse coire tuis.

Sed vereor ne me frustra sanare labores,

Nec iuuer admota perditus ager ope.

Nec loquor hac, quia suuare prouidet omnes.

Saluus.

Sed sim quam medico notior ipse mihi.

Salvo a Galiendo est dicta quod
victa fata sit casu terro compacta

Vtramen hoc ita sit, munus tua grande voluntas.

Statim salve ac surgat.

Ad me peruenit, consuluisse boni.

Agitatum.

Colatione distin segnatur

Intervit ad utrumque juxtam
magnumq. et rororum qui in
victim precepit puerum, quo
litteras fuisse Hispanis. sed
tendit minima misericordia
si uix tuus fortis omnis sit
mea ferae gratia prolegit enim
p. non tam abesse acci-
sin.

Oloagna amari.

Colatione distin segnatur

Intervit ad utrumque juxtam
magnum et rororum qui in
victim precepit puerum
miseritatis auctoritate puerum
meo bis extitit antiquitate et
cristianis fere regim in ordinem ut puer
est regum et postea Gylle-Distracto
et isti dotti in dñe scripturae
in opere nivis nam 30 anni aliud
poterat sive que fuit p. p.

Smixna virtutum fenuit.

Primum exemplum refutat a loci differentia non enim rati sunt in regione
aspera sed vnde conlaborat sed in ore iome omnium pulcherrima.

Syricus Sinopeus.

Sic genere intelligitur qui Sinopeus dictum fuit a Sinope urbe Zelena
cum pater in orilium missus atque uite vele. sed antisthenes philoso-
phus audivit. Dictum autem fuit Syricus sed a Dynosarco gymnasio
vel guso dicta modicibus grecis libet laeseretur ut canit lateatu
suo.

Arma Neoclides.

Necclides dictus fuit themistocles cognom Neoclia filius fuit et
autem per se per se armi reges qui in exercitu suo centum septuaginta
homini uiriorum hoc est decies septuaginta centena milia militum
quod per totum grecum contra eorum ut gracie Bellum infelix apud
Salaminem Insulam superauit et postea migrati populi Ionia mis-
sua fuit in orilium Argosque habitum concessit.

Pillsus Aristides.

Ristides Zymachi frater fuit: hunc populus atheniensis affectati
regni suspicione accusatus decim annis multauit et laceruona fugu.

Sed puer facta.

Patreclus qui mox patre filius fuit ludens astragalia cum Chy-
meno fidam antia filio cum interfici quod vnde filii stragolos sur-
vivisse statimque in Thessalam ad Helenum Confugit a quo uoy-
solus factus purgatus etiam domi acceptus magnaz cura edu-
catur socius a Heleno a chilii necessitudine conjuncte datus et
et cum eo ad Bellum Trojani profectus.

Liguria agerum Nides.

Cadmus agerum fœnicie regia filia fuit qui cum a patre
missus est ad enopiam sororem pregnantem quam Inpide
sub specie bonae caputrat eaz Rego ut uoy reuertiretur nisi ea in-
venta fuisset. Eaz eam non inueniret in Boetiam ubi ibi
quæ chebali condidit.

Tydeus calidone fugafus.

Tydeus cum calidone pulsua est et quod schatemy dicothemigz in
potre occidi. Et argo hemi: Cui ad rastua filiam daphil em hore dedi
Ef fecitum Veneti.

Tuchie thalamia filia sua sagitandi periti sumus post finem
autem bellitriam morte agacit fratrici misericordia tylamui cum non re-
cipietur in regnum Cypryn concessu atqz ibi herbe nomine antiquo patria sala-
mina condidit. **Tybuc erat.**

Tibuc erat. Emitae in sabinis decimo septo ab herbe lapide.



Ad Maximum.

Maxime, qui claris nomen virtutibus aequas,
 Nec siniſ ingenium nobilitate premi:
 Culie (mihi quid enim status hic à funere differt?)
 Supremum vite tempus ad usque meæ.
 Rem facis, afflictum non auersatus amicum,
 Qua non est æuo rarior villa tuo.
 Turpe quidem dictu, sed si modo vera fatemur,
 Vulgas amicitias utilitate probat.
 Cura quid expediāt prior est, quam quid sit honestum:
 Et cum fortuna statque, caditque fides.
 Nec facile inuenies multis in millibus unum
 Virtutem pretium qui putet esse ſui.
 Ipſe decor recti, facti, ſi præmia defint,
 Non mouet, & gratis paniſet esse probum.
 Nil niſi quod prodeſt charum eſt: en utrahe menti
 Spem fructus audiæ, nemo petendit erit:
 Ac reditus iam quisque ſuos amat, & ſibi quid ſit,
 Vtile ſollicitis computat articulis.
 Illud amicitia quondam venerabile nomen
 Proſtat, & in quæſtu pro meretrice ſedet.
 Quo magis admiror, non ut torrentibus undis,
 Communis vitijs te quoque labe trahi.
 Diligitur nemo, niſi cui fortuna ſecunda eſt:
 Que simul intonuit, proxima queque fugat.
 En ego non paucis quondam munitus amicis.
 Dum flauit velis aura ſecunda meis.

ELEGIAE ALIQUOT

Vt fera nymboso timuerunt aequora vento,
In mediis lacera naue relinquor aquis.
Cumque alij nolint etiam me nosse fateri,
Vix duo projecto tresve tulistis opem.
Quorum tu princeps, neque enim comes esse, sed auctor,
Nec petere exemplum, sed dare dignus eras.
Te nihil exacto nisi nos peccasse fatentem,
Sponte sua probitas, officiumque iuuant.
Iudice te mercede caret, per seque petenda est
Externis virtus incomitata bonis.
Turpe putas abigi, quia sit miserandus amicus,
Quodque sit infelix desinere esse tuum.
Mitius est lapso digitum supponere mento,
Mergere quam liquidis ora natantis aquis.
Cerne quid Æacides post mortem prestat amico,
Instar e^t hanc vitam mortis habere puta.
Pirithoum Theseus Stygias comitauit ad undas,
A Stygia quantum mors mea distat aqua?
Adfuit insano iuuenis Phoceus Oresti,
Et mea non minimum culpa furoris habet:
Tu quoque magnorum laudes admitte virorum,
Vt facis, e^t lapso quam potes adfer opem.
Si bene te noui, si qui prius esse solebas,
Nunc quoque es atque animi non cecidere tui.
Quod fortuna magis sicut, magis ipse resistis:
Vt que decet, ne te vicerit illa caues,
Et bene uti pugnes, bene pugnans efficit hostis:
Sic eadem prodest causa nocetque mihi.
Scilicet indignum, iuuenis rarissime, ducis

Te fieri comitem stantis in orbe deæ.
 Firmus es, & quoniam non sunt hæc qualia velles.
 Vela regis cassæ quælicunque ratis:
 Quæque ita concessa est, ut iam casura putetur,
 Reftat adhuc humeris fulta carina tuis.
 Fra quidem primo fuerat tua iusta, nec ipso
 Lenior, offensus qui mihi iure fuit.
 Quique dolor pectus tetigisset Cæsaris alti,
 Illum iurabas protinus esse tuum.
 Ut tamen audita est nostra quoque clavis origo,
 Diceris erratis ingemuisse meis.
 Tunc tua me primum solari littera cœpit,
 Et læsum flecti spem dare posse deum.
 Mouit amicitia tum te constantia longæ,
 Ante tuos ortus quæ mihi cœpta fuit.
 Et quod eras aliis factus, mihi natus amicus,
 Quodque tibi in cunis oscula prima dedi.
 Quod cum vestra domus teneris mihi semper ab annis
 Culta sit, esse vetus nunc tibi cogor onus.
 Me tuus ille pater Latia facundia lingua,
 Qui non inferior nobilitate fuit.
 Primus ut auderem committere carmina famæ
 Impulit, ingenij dux fuit ille mei.
 Nec, quod sit primo nobis à tempore cultus
 Contendo fratrem posse referre tuum.
 Te tamen ante omnes ita sum complexus, ut una
 Quolibet in casu gratia nostra foret.
 Ultima me tecum vidit, mæstisque cadentes
 Excepit lacrimas Italis ora genis.

ELEGIAE ALIQUOT

Cum tibi querenti, num verus nuncius esset,
Attulerat culpæ quem mala fama meæ:
Inter confessum medius dubiéque negantem
Hærebam, pauidas dante timore notas.
Exemplóque niuis, quam mollit aquaticus Auster,
Gutta per attonitas ibat oborta genas.
Hæc igitur referens, & quod mea crima primi
Erroris venia posse latere vides:
Respicis antiquum lapsis in rebus amicum,
Fomentisque iuuas vulnera nostra tuis.
Pro quibus, optandi si nobis copia fiat,
Tam bene promerito commoda mille precor.
Sed si sola mihi dentur tua vota, precabor
Ut tibi sit saluo Cæsare salua parens.
Hæc ego cum faceres altaria pinguia thure,
Te solitum memini prima rogare deos.

ELEGIA 9. lib. II.

Ad Cotim.

Regia progenies cui nobilitatis origo
Nomen in Eumolphi peruenit usque Coti.
Fama loquax vestras si iam peruenit ad aures
Me tibi finitimi parte iacere soli,
Supplicis exaudi iuenum mitissime vocem
Quamque potes profugo (nam potes affer) opem.
Me fortuna tibi, de qua quod non queror hoc est,
Tradidit, hoc uno non inimica mihi,
Accipe naufragium non duro littora nostrum,

Ne fuerit terra tutior vnda tua.
 Regia (crede mihi) res est succurrere lapsis:
 Conuenit & tanto, quantus es ipse, viro.
 Fortunam decet hoc istam, quæ maxima cum sit,
 Esse potest animo vix tamen æqua tuo.
 Conspicitur nunquam meliore potentia causa,
 Quam quoties vanas non sinit esse preces.
 Hoc nitor iste tui generis desyderat, hoc est
 A superis ortæ nobilitatis opus.
 Hoc tecum commune Deis, quod utrinque rogati
 Supplicibus vestris ferre soletis opem.
 Hoc tibi & Eumolpus generis clarissimus auctor,
 Et prior Eumolpho suadet Erichthonius.
 Nam quid erit quare solito dignemur honore
 Numina, si demas, velle iuuare deos?
 Juppiter oranti surdas si præbeat aures,
 Victima pro templo cur cadet icta Iouis?
 Si pacem nullam Pontus mihi præstet eunti,
 Irrita Neptuno cur ego thura feram?
 Vana laborantis si fiant vota coloni,
 Accipiet grauidæ cur suis exta Ceres?
 Nec dabit intenso iugulum caper hostia Baccho,
 Musta sub inducto si pede nulla fluant.
 Cæsar ut imperij moderetur frena precamur
 Tum bene, quam patriæ consulit ipse suæ.
 Vtilitas igitur magnos hominésque deósque
 Efficit auxiliis quosque fauente suis.
 Tu quoque fac profis intra tua castra iacenti,
 O Coti progenies digna parente tuo.

Bij

ELEGIAE ALIQUIT

Conueniens hominum est, hominem seruare, voluptas,
Et melius nulla queritur arte fauor.
Quis non Antiphaten Læstrigona deuonet? aut quis
Munifici mores improbat Alcinoi?
Non tibi Cassandrus pater est durusve Caphareus,
Qui ve repertorem torruit arte sua.
Sed quam Marte ferox & vinci nescius armis,
Tam nunquam facta pace cruentis amans.
Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes
Emollit mores, nec sinit esse feros.
Nec regum quisquam magis est instructus in illis,
Mitibus aut studiis tempora plura dedit.
Carmina testantur, quæ, si tua nomina demas,
Threicium iuuenem composuisse negem.
Né ve sub hoc tractu vates foret unicus Orpheus,
Bistonis ingenio est terra superba tuo.
Vtq; tibi est animus, cum res ita postular, arma
Sumere, & hostili tingere cæde manum,
Atque ut es excusso iaculum torquere lacerto
Collaque velocis flectere doctus equi:
Tempora sic studiis data sunt ubi iusta paternis,
Atque tuis humeris forte quieuit opus,
Ne tua marcescant per inertes otia somnos,
Lucida Pieria tendis in astra via.
Hæc quoque res aliquid tecum mihi fæderis affert,
Eiusdem sacrificior uterque sumus.
Ad vatem vates oranti brachia tendo,
Terra sit exiliis ut tua fida meis.
Non ego cæde nocens in Ponti littora veni,

TONOS SELECTÆ.

Mistáve sunt nostra dira venena manu.
Nec mea coniuncta est subiecta gemma tabella
Mendacem ceris imposuisse notam.
Nec quidquam quod lege veter committere, feci:
Est tamen his grauior noxa fatenda mibi.
Né ve roges, quæ sit, stultam quam scripsimus artem,
Innocuas nobis hæc velat esse manus.
Et quid præterea peccarim, querere noli,
Ut pateat sola culpa sub arte mea.
Quidquid id est, habuit moderatam principis iram,
Qui nisi natalem nil mihi dempsit humum.
Hac quoniam careo, tuanunc vicinia præstet,
Inuiso possim tutus ut esse loco.

ELEGIA 4. lib. III.

Ad Rufinum.

HÆctibi non vanam portantia verba salutem
Naso Tomitana mittit ab urbe tuus.
Vtque suo faueas mandat Rufine libello,
In vestras venit si tamen ille manus.
Est opus exiguum, vestrisque paratibus impar,
Quale tamen cunque est, ut tueare, rogo.
Firma valent per se, nullumque Machaona querunt,
Ad medicam dubius configit æger opem.
Non opus est magnis placido lectore poëtis,
Quemlibet inuitum, difficilèmque tenent.
Nos quibus ingenium longi minuere labores,
Aut etiam nullum forsitan antè fuit.

Bij

ELEGIAE ALIQUOT

Viribus infirmi uestro candore valemus,
Quem mibi si demas, omnia rapt a putem.
Cunctaque cum mea sint propenso nixa fauore,
Principum veniae ius habet ille liber.
Spectatum vates alij scripsere triumphum.
Est aliquid memori visa notare manu.
Nos ea vix audam vulgi captata per aurem
Vidimus, atque oculi fama fuere mei.
Scilicet affectus similes, aut impetus idem
Rebus ab auditis conspicuisque venit?
Nec nitor argenti, quem vos vidistis, & auri
Quod mihi defuerit, pupuraq; illa queror:
Sed loca vel gentes formatae mille figuris
Nutrissent carmen preliaque ipsa meum.
Et regum vultus, certissima pignora gentis
Iuuissent aliquà forsitan illud opus.
Plausibus ex ipsis populis, latóque fauore
Ingenium quoduis incaluisse potest.
Támque ego sum pessimum tali clamore vigorem,
Quàm rudis audita miles ab arma tuba.
Pectora sint nobis niubus glaciéque licebit,
Atque hoc, quem patior, frigidiora loco.
Illa ducis facies in curru stantis eburno
Excuteret frigus sensibus omne meis.
His ego defectus, dubiusque auctoribus usus,
Ad vestri uenio iure fauoris opem.
Nec mihi nota ducum, nec sunt mihi nota locorum
Nomina, materiam non habuere manus.
Pars quota de tantis rebus, quam fama referre,

Aut aliquis nobis scribere posset, erat.
Quo magis ô lector debes ignoscere, si quid
Erratum est illic preteritum ve mihi.
Adde quod assiduas domini meditata querelas
Ad lætum carmen vix mea versa lyra est.
Vix bona post tanto quærenti verba subibant,
Et gaudere aliquid res mihi visa noua est,
Utque reformidant insuetum lumina solem,
Sic ad lætitiam mens mea segnis erat.
Est quoque cunctarum nouitas gratissima rerum,
Gratiâque officio, quod mora tardat, abest,
Cætera certatim de magno scripta triumpho,
Iampridem populi suspicor ore legi.
Illa bibit lector sitiens mea pocula plenus,
Illa recens pota est, nostra tepebit aqua.
Non ego cessavi, nec fecit inertia serum.
Ultima me vasti sustinet ora freti.
Dum venit huc rumor, properatâque carmina fiunt,
Factaque eunt ad vos, annus abiisse potest.
Nec minimum refert, intacta rosaria primus,
An sera carpas penè relicta manu.
Quid mirum lectis exhausto floribus horto,
Si duce non facta est digna corona suo?
Deprecor hæc vatum contra sua carmina, ne quis
Dicta putet: pro se musa locuta mea est.
Sunt mihi vobiscum communia sacra poëta,
In vestro miseris si licet esse choro.
Magnâque pars animi mecum vixistis amici.
Hac ego vos absens nunc quoque parte colo.

ELEGIÆ ALIQUOT

Sint igitur vestro mea commendata fauore
Carmina, non possum pro quibus ipse loqui.
Scripta placet à morte fere, quia lædere viuos
Liuor, & inuiso carpere dente solet.
Si genus est mortis male viuere, terra moratur,
Et defunt fatis sola sepulchra meis.
Denique opus nostræ culpetur ut vndeque curæ,
Officium nemo qui reprehendat, erit.
Vt defint vires, tamen est laudanda voluntas,
Hac ego contentos auguror esse deos.
Hac facit, ut veniat pauper quoque gratus ad aras,
Et placeat cæso non minùs agna bove.
Res quoque tanta fuit, quantæ subsistere summo
Æneidos vati grande fuisse onus.
Ferre etenim molles elegit tam vasta triumphi
Pondera disparibus non potuere rotis.
Quo pede nunc utar, dubia est sententia nobis,
Alter enim de te Rhene triumphus adest.
Errita votorum non sunt præfigia vatum.
Danda Ioui laurus, dum prior illa viret:
Nec mea verba legis, qui sum summotus ad Istrum,
Non bene pacatis flumina pote Getis.
Ista Dei vox est, Deus est in pectore nostro.
Hoc ducce predico, vaticinórque Deo.
Quid cessas currum, pompámque parare triumphis
Liuia? dant nullas iam tibi bella moras.
Perfida damnatus Germania proiicit hastas,
Iam pondus dices omen habere meum.
Crede, breviisque fides aderit, geminabit honorem.

S E L E C T A E.

9

Filius, & iunctis, ut prius, ibit equis.
 Prome quod iniicias humeris victoribus, ostrum:
 Ipsa potest solitum nosse corona caput.
 Scuta sed & galeæ gemmis radientur & auro,
 Stentque super victos truncæ trophyæ viros.
 Oppida turritis cingantur eburnea muris:
 Fictaque res verò more putetur agi.
 Squalidus immittat fracta sub arundine crines
 Rhenus, & infectas sanguine potet aquas.
 Barbara iam capti poscant insignia reges,
 Textaque fortuna diuitiora sua.
 Et quæ præterea virtus inuicta tuorum
 Sæpe parata tibi, sæpe paranda facit.
 Dij, quorum monitu sumus hæc ventura locuti
 Verba, precor, celeri nostra probate fide.

ELEGIA I. lib. IIII.

Ad Sextum Pompeium.

ACcipe Pompei deductum carmen ab illo,
 Debitor est vitæ qui tibi Sexte suæ.
 Quis eu non prohibes à me tua nomina poni,
 Accedet meritis hæc quoque summa tuis.
 Siue trahis vultus, equidem peccasse fatebor,
 Delicti tamen est causa probanda mei.
 Non potuit mea mens esset quin grata, teneri,
 Sis precor officio non grauis ira pio.
 O quoties ego sum libris mihi visus in istis
 Impius, in nullo quod legerere loco.
 O quoties, aliis vellem cum scribere nomen,

C



ELEGIÆ ALIQVOT

Sint igitur vestro mea commendata fauore

Carmina, non possum pro quibus ipse loqui.

Scripta placet à morte fere, quia lædere viuos

Liuor, & inuiso carpere dente solet.

Si genus est mortis male viuere, terra moratur,

Et defunt fatis sola sepulchra meis.

Denique opus nostræ culpetur ut vndique curæ,

Officium nemo qui reprehendat, erit.

Vt defint vires, tamen est laudanda voluntas,

Hac ego contentos auguror esse deos.

Hac facit, ut veniat pauper quoque gratus ad aras,

Et placeat cæso non minùs agna boue.

Res quoque tanta fuit, quæ subfistere summo

Æneidos vati grande fuisse onus.

Ferre etenim molles elegit tam vasta triumphi

Pondera disparibus non potuere rotis.

Quo pede nunc utar, dubia est sententia nobis,

Alter enim de te Rhene triumphus adest.

Irrita votorum non sunt præsagia vatum.

Danda Ioui laurus, dum prior illa viret:

Nec mea verba legis, qui sum summotus ad Istrum,

Non bene pacatis flumina pote Getis.

Ista Dei vox est, Deus est in pectore nostro.

Hoc duce prædico, vaticinorque Deo.

Quid cessas currum, pomptamque parare triumphis

Liuia? dant nullas iam tibi bella moras.

Perfida damnatus Germania proiicit hastas,

Iam pondus dices omen habere meum.

Crede, breuique fides aderit, geminabit honorem.

S E L E C T A E.

Filius, & iunctis, ut prius, ibit equis.
Prome quod iniicias humeris victoribus, ostrum:
Ipsa potest solitum nosse corona caput.
Scuta sed & galeæ gemmis radientur & auro,
Stentque super viatos trunca trophyæ viros.
Oppida turritis cingantur eburnea muris:
Fictaque res verò more putetur agi.
Squalidus immittat fracta sub arundine crines
Rhenus, & infectas sanguine potet aquas.
Barbara iam capti poscant insignia reges,
Textaque fortuna diuitiora sua.
Et quæ præterea virtus inuicta tuorum
Sæpe parata tibi, sæpe paranda facit.
Dij, quorum monitu sumus hæc ventura locuti
Verba, precor, celeri nostra probate fide.

ELEGIA I. lib. IIII.

Ad Sextum Pompeium.

Accipe Pompei deductum carmen ab illo,
Debitor est vitæ qui tibi Sexte sue.
Quiseu non prohibes à me tua nomina ponî,
Accedet meritis hæc quoque summa tuis.
Siue trahis vultus, equidem peccasse fatebor,
Delicti tamen est causa probanda mei.
Non potuit mea mens esset quin grata, teneri,
Sis precor officio non grauis ira pio.
O quoties ego sum libris mibi visus in istis
Impius, in nullo quod legerere loco.
O quoties, aliis vellem cum scribere nomen,

C



ELEGIÆ ALIQVOT

Rettulit in ceras inscia dextra tuum.

Ipse quidem placuit mendis in talibus error,

Et vix inuita est facta litura manu.

Viderit ad summum dixi licet ipse queratur,

Ab pudet offensam non meruisse prius.

Da mihi, si quidea est, hebetantem pectora Lethem,

Oblitus potero non tamen esse tui.

Idque finas oro, nec fastidita repellas.

Verba, nec officio crimen inesse putas.

Et leuis haec meritis referatur gratia tantis,

Si minus, inuito te quoque gratus ero.

Nunquam pigra fuit nostris tua gratia rebus,

Nec mihi munificas arca negavit opes.

Nunc quoque nil subitis clementia territa fatis.

Auxilium vitæ fertque referrque meæ.

Vnde rogas forsitan fiducia tanta futuri

Sit mihi: quod finxit, quisque tuetur opus.

Vt Venus artificis labor est & gloria Cœi,

Æquoreo madidas quæ premit imbre comas.

Arcis ut Actæe, vel eburna vel ærea custos

Bellica Phidiaca stat dea facta manu.

Vendicat ut Calais laudem, quos fecit, equorum,

Vt similis veræ vacca Mironis opus.

Sic ego sum rerum non ultima Sexte tuarum,

Tutelæq; feror munus opusque tue.

ELEGIA 3. lib. IIII.

In amicitiam dissimulantem.

C Onquerar? an taceam? ponam sine nomine crime?

An notum quis sis omnibus esse velim?

Nomine non vtar, ne commendere querela,

Quæratúrque tibi nomine fama meo.

Dum mea puppis erat valida fundata carina,

Qui mecum velles currere, primus eras.

Nunc quia contraxit vultum fortuna, recedis.

Auxilio postquam scis opus esse tuo.

Dissimulas etiam, nec me vis nosse videri,

Quisque sit audito nomine Naso rogas.

Ille ego sum, quanquam non vis audire, vetusta

Penē pueri puero iunctus amicitia.

Ille ego, qui primus tua seria nosse solebam,

Qui tibi iucundis primus adesse iocis.

Ille ego conuictor, densoq; domesticus usq;

Ille ego iudicii vñica musa tuis.

Ille ego sum, qui nunc an viuam perfide nescis,

Cura tibi de quo querere nulla fuit.

Sive fui nunquam charus, simulasse feteris,

Seu non fingebas, inueniere leuis.

Aut age dic aliquam, que te mutauerit, iram,

Non nisi iusta tua est, iusta querela mea est.

Quod te nunc crimen similem verat esse priori?

An crimen, cōpi quod miser esse, vocas?

Si mihi rebus opem nullam, factisque ferebas,

Venisset verbis charta notata tribus.

Vix equidem credo, sed ex insultare iacenti

Te mihi, nec verbis parcere, fama refert.

Quid facis ab demens? cursi fortuna recedat,

Naufragio lacrimas eripis ipse tho?

Hac dea non stabili quam sit leuis orbe fatetur,

Cij



ELEGIAE ALIQUOT

Quæ summum dubio sub pede semper habet.
Quolibet est folio, & quavis incertior aura,
Par illileuitas improbe facta tua est.
Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu, quæ valuere, ruunt.
Divis audita est cui non opulentia Cræsi?
Nempe tamen vitam captus ab hoste tulit.
Ille Syracusia modò formidatus in urbe,
Vix humili duram reppulit arte famem.
Quid fuerat Magno maius? tamen ipse rogauit
Summissa fugiens voce clientis opem.
Cuique viro totus terrarum paruit orbis,
Indigus effectus omnibus ipse magis.
Ille Iugurthinae clarus, Cymbroque triumpho,
Quo victrix toties consule Roma fuit,
In cæno Marius iacuit cannaque palustri,
Pertulit & tanto multa pudenda viro.
Ludit in humanis diuina potentia rebus
Et certam præsens vix habet hora fidem,
Littus ad Euxinum, si quis mihi diceret, ibis,
Et metues arcu ne feriare Getæ:
I, bibe, dixisse purgantes pectora succos,
Quicquid & in tota nascitur Anticyra.
Sum tamen hæc passus, nec si mortalia possem,
Et summi poteram tela cauere dei.
Tu quoque fac timeas, & quæ tibi læta videntur,
Cùm loqueris, fieri tristia posse puta.

FINIS.